

B. h. II, 344.

fr. 67, 1b.

X 187 9310

II R  
2750

In nomine Jesu Christi!

De

# JURIBUS FOEMINA- RUM SINGULARIBUS

DECAS SEPTIMA

Positionum Juridicarum

Circa

Materiem Morgengabæ seu Sponsalitæ largita-  
tis: Cibariorumq; domesticorum.

Quam

Consensu Amplissimi JCtorum Ordinis  
in Academiâ Lipsiensi

SUB PRÆSIDIO

Dn. BENEDICTI CARPZOV.

J. U. D. Consilarii Electoralis Saxonici,  
& Facultatis Juridicæ Ordinarii

publicæ disquisitioni

subjicit

DAVID Müller / VVihâ-Thur.

Ad diem IX. Maji.

In Auditorio JCtorum Petrino  
horis consvetis.

Ex officinâ typogr. Johannis Bauers.

M DC LI.





V I R O

*Nobili, Amplissimo ac Consultissimo*  
Dn. MATTHÆO BRUNNEN/  
in Garbüz & Balckenberg/ Jcto, Potentis. Saxo-  
niæ Archi-Principis Consiliario dignissimo, nec non Ra-  
tionariorum & Collectarum per Electoratum Sa-  
xon. Præfecto-Superiori, longè  
dexterrimo,

*Musarum Patrono ac Mecenati suo sum-  
mè venerando,*

Exercitium hoc legale pro deri-  
vando in se & studia sua affe-  
ctu perennante,

Devotâ Manu menteqve  
summissâ

*dicat ac offert*

David Müller,





In nomine Jesu Christi!

De

# JURIBUS FOEMINA- RUM SINGULARIBUS

DECAS SEPTIMA

Positionum Juridicarum

Circa

Materiem Morgengabæ seu Sponsalitiæ largita-  
tis: Cibariorumq; domesticorum,

Respondente

DAVIDE MULLERO, VVihâ-Thur.

POSITIO I.

*Duplicijure Largitatis sponsalitiæ seu Morgengabæ  
singulariter provisum est Mulieribus: modo tamen haut indifferenti  
tàm circa ejus qualitatem, quàm res sub illâ  
comprehensas.*

**I**Ntenti etiamnum juribus singularibus foeminarum quoad  
earum facultates, oculos statim vertimus in Morgengabam,  
jure quidem civili incognitam, moribus tamen Saxonis &  
apud nostrates † usitatissimam, indigitante germanicò vo-  
culæ hujus idiomate, quòd manè seu tempore matutino post  
concupitum, durantibus adhuc nuptiarum solennibus Sponsæ  
offeratur, unde aliis est † Largitas sponsalitia, quæ procul du-  
bio Longobardis vetustisq; Alemannis originem acceptam re-  
fert, ut conjicere licet *ex tit. de filiis natis ex matrimonio ad mor-  
ganaticâ contracto, 29. FF. 2. cum Jacob. Cujac. ibid. & Carol. Mo-  
lin. tom. 1. consil. 52. n. 34.* † Consuetudine namq; introductum no-  
vimus, ut Sponsus in præmium amissæ virginitatis vel primi  
concupitûs Sponsæ, anteqvam manè ad prandium discumbat,

A

cate-



- 5 catenam auream, vel aliud quoddam pretiosum donet, † de quâ  
ita Joh. Schneidwin. Daß die von Adel des morgens / wann sie  
bengelegen / der Braut eine güldene Ketten / oder sonst ein Klei-  
nod / oder auch geld zur Morgengabe schencken. *ad pr. Inst. de hered.*
- 6 *quæ ab int. defer. Rubr. de success. int. vir. & ux. n. 41.* † quæ postea  
abiit in legem, *art. 20. lib. 1. Landr.* ac nuncupata est Donatio pro-  
pter nuptias, Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 44. n. 1. & 2.* De cuius
- 7 † subsistentiâ tamen meritò quis dubitaverit, cui, quod juris no-  
tissimi, ignotum non est, donationem scil. inter conjuges in fu-  
8 mum abire, † si non morte fuerit confirmata, *l. cum hic status. 32.*  
*in pr. & §. 2. ac seq. ff. de donat. int. vir. & ux. l. donatio 3. l. si maritus 10.*
- 9 *C. eod. tit.* quod & ancipitem dedit causam quæsito: † Num mu-  
liere ante maritum defunctâ, Res morgengabica unâ cum reli-  
10 quâ Geradâ ad proximam transferatur cognatam? † donatô si-  
quidem haut existente, nec dominiô ejus mulieri competente,  
quomodo successionis jure ad heredes poterit transmitti? *l. ne-*
- 11 *mo plus juris 54. ff. de reg. jur.* Sed nolumus † regulam illam dona-  
tionis inter conjuges prohibivam ad solennia nuptiarum ex-  
tendi, quarum contrahendarum favor omne firmat donatum,  
12 inter personas desponsatas novosq; conjuges, † qui vel conci-  
liandi vel confirmandi amoris & honoris reciproci causâ, mu-  
neribus invicem se reverentur, *arg. l. si quis pro uxore 21. vers. in-*  
*contrahendo matrimonio. ff. de donat. int. vir. & ux.* Natta *tom. 2.*
- 13 *consil. 317.* † Ac nonnè hi sponsaliorum vinculum arrhis ac donis  
sponsalitiis fortiùs ligant? quod qui nulliter factum dixerit,  
14 † haut vulgarem errabit errorem, nedum in jura impingens,  
*l. inter eos 27. l. Seja Sempronia 66. §. virgini 1. ff. de donat. int. vir.*  
*& ux. Johan. Schneidwin. ad §. alia autem 2. n. 62. Instit. de donat.*
- 15 † Et quid multis, cum jura Saxonica donato huic morgengabi-  
co faveant, *dict. art. 20.* quorum autoritati juris civilis apices pa-  
rùm in foro nostro derogare valent, Hartm. Pistor. *d. quæst. 44.*
- 16 *n. 8.* † eâq; adjuta mulier si Cognatæ ante maritum defunctæ re-  
lictas Res morgengabicas petat, repulsam nequaquam feret,  
17 Hartm. Pistor. *d. loc. Matth. Coler. p. 1. decis. 60. n. 62.* † modò  
favorem hunc non sibi indultum persvaderi patiatur in Mor-  
gen-



gengabâ illâ, quæ Viduæ nobili post mariti obitum defertur, eâ- 05  
 dem quidem voculâ & nomine insignita, † longè tamen à spon- 18  
 salitiâ illâ largitate diversa, cum quâ nil prorsus commune ha-  
 bet, *Landr. lib. 1. art. 24. in pr.* quod nemo inficias ibit, † qui naturâ 19  
 utriusq; exactiùs ponderaverit. Hæc enim, de quâ modò dixi-  
 mus, (1) arbitrio mariti concessa est, an in præmium virginita-  
 tis amissæ primivè concubitis quidquam Sponsæ donare velit;  
 hinc Magdeburgenses: † *Wann der Mann das Weib bemorgen-* 20  
*gabet/ so nimbt sie Morgengabe/ aliàs non.* Coler. *dict. decis. 60. n.*  
*64.* Illa verò, si quâ in mariti hereditate reperitur, Viduæ semper  
 cedit, *d. art. 24.* (2) † Hæc à Sponso sponsæ offertur, *alleg. art. 20.* 21  
*lib. 1. Landr.* Illa ex legis dispositione post obitum demùm mariti  
 Viduæ defertur, *art. 24. d. lib. 1.* (3) † Et quod consequens, non ut 22  
 hanc, ita quoq; illam mulier ante maritum defuncta ad Cogna-  
 tam proximam transmittit, quippe quam ipsamet nondum ac-  
 ceperit; † hinc Saxo legislator: *Morgengabe vererbet kein Weib* 23  
*ben ihres Mannes leben/ noch auch darnach/ sie habe sie dann erst*  
*empfangen nach seinem Tode/ lib. 3. Landr. art. 38.* (4) † Nec tan- 24  
 dem utriusq; eadem Res morgengabicæ, nec pretioso hujus do-  
 nato æquiparare licet pecudes sponsalitiæ illius largitatis, quæ  
 mortuò demum maritò Viduæ cedit. At quænam illæ? † Pec- 25  
 des fœmellæ, vaccæ cum vitulis, capræ, sues seu schrophæ, quot-  
 quot harum omnium in agris pascuntur, *lib. 1. Speculi Saxon. art.*  
*24.* † quibus & equæ adduntur, quæ non curru vel aratro jungi 26  
 asseverunt, sed in campis & pratis victitant, *d. art. 24. verb. Alle*  
*Feld-pferde/ ubi Gloss. Coler. d. decis. 60. n. 58. Jac. Schult. in addit.*  
*ad Georg. Rotschiz, de dotal. art. 17. n. 1.* † Ne tamen favorem hunc 27  
 fœminarum nimium extenuemus, & illas vindicamus Viduæ e-  
 quas, quibus paterfam. necessitate forsan coactus aliquando u-  
 sus fuerit, easq; messis tempore curru junxerit; † siquidè quod 28  
 casu potiùs, quàm certâ animi destinatione factum, attendi so-  
 let, *l. hoc legatum 45. ff. de legat. 3. Dan. Moller. lib. 2. semestr. 43. n. 2.*  
*& 3.* Solæ num ergò pecudes fœmellæ sub Morgengabâ illâ erunt  
 comprehensæ? † Ita sanè est, nec rationis indagatiōi nos dabi- 29  
 mus exactiori, quàm quòd Saxonibus vetustis ita placuerit, quo-  
 rum cogitata & sancita nec alijs in articulis ad rationis sanioris



30 acumen revocare semper licet: Hanc tamen si quis † vehemen-  
 31 tius à nobis expetat, ad paritatem sexûs eum ablegamus, nempè  
 ut foeminæ sint contentæ pecudibus iis, quæ sunt sexûs foemini-  
 32 ni, † vel ne heredibus pecora indifferenter omnia auferantur,  
 sed ad minimum, quæ masculini sunt sexûs, hereditati cedant,  
 Christ. Zobel. *in addit. ad Gloss. ordin. Specul. Saxon. lib. 1. art. 20. n.*  
 9. Per quandam tamè consequentiam foeminæ Sponsalitiæ lar-  
 32 gitatem post obitum mariti petentes † de pecoribus masculis  
 quid participant, non tam Morgengabæ quàm proprietatis ju-  
 re: nimirum si ante trigesimû, ut vocant, vel tempus divisionis  
 33 † Equæ equulos, vel alia pecora sexûs masculini foetus pariant,  
 34 qui non minùs ac pecudes foemellæ, Viduæ cedunt † ex naturâ  
 fructuum & accessionum, quæ dominium sequuntur, *l. pen. C. de*  
 35 *act. emti. Moller. d. cap. 43. n. 3.* unde & foetus pecoris fit ejus, † ad  
 36 quem pecus ipsum pertinet, *§. gallinarum. §. item ea. Inst. de rer. di-*  
 vis. *l. bonæ fidei 48. in fin. ff. de acquir. rer. domin.* parili jure, † quo  
 foetus ovium, sive masculini sive foeminini sint sexûs, intra trice-  
 simum editi ad Geradam referuntur, quàm Vidua ex hereditate  
 mariti defuncti capit, *Decad. præced. Posit. 2. Hartman. Pistor. p. 1.*  
 37 *quæst. 34.* quo tamen † favore mulieres non multum superbiant,  
 38 ne si pecudes foemellæ intra tricesimum ante divisionem perie-  
 rint, de jacturâ conqveri habeant; † nec enim harum nomine  
 heredes viduæ tenentur, *Moller. d. cap. 43. n. 3.* Et ne quidquam  
 juris nomine largitatis sponsalitiæ mulieribus competentis si-  
 39 lentiô supprimamus, † comprehensa etiam volumus sub Mor-  
 gengabâ sepes, ædificia carpentata, omnemq; lignorum mate-  
 40 riem prædiis extruendis comparatam, † *Alle gezäune und zimmer/  
 die bey des Mannes leben ungerichtet und unverbracht seyn blic-  
 ben/ art. 20. §. 24. lib. 1. Speculi Sax. Coler. dict. decis. 60. n. 58.*

## POSITIO II.

*Jure singulari Viduæ deferuntur Cibaria domestica  
 pro dimidiâ parte illorum, quæ à marito fuere possessa, & post  
 obitum ejus etiamnum supersunt.*

I Visô jure Morgengabæ, rectâ transgredimur viâ ad jus aliud  
 foeminarum, singulare, non minùs favorabile, Cibariorum  
 nem-



nempe domesticorum sive commestibilium, † quod & aliò no- 2  
 mine Jus esculentorum & poculentorum vulgò appellitari con-  
 svevit. De omnibus namq; cibariis illis commestibilibus, quæ  
 maritus jam possedit, & post diem tricesimum ab obitu ejus su-  
 persunt, † leges Saxonicae partem dimidiam Viduæ deferunt, 3  
*lib. 1. Spec. Saxon. art. 22. Constit. Elect. 34. p. 3.* Ita enim † in partes du- 4  
 as æquales cibaria dividuntur, quarum una heredibus, altera  
 viduæ cedit, unde germanicum idioma, *Muß-theil*, quo cibaria  
 illa mulierum domestica exprimentur, originem traxit, † quòd 5  
 nempe haut præviâ divisione Vidua capere illa non possit, *son- 6*  
*dern sie muß theilen/d. art. 22.* Brevissimis equeidem † verbis jus hoc  
 descriptum dedimus, plenissimè tamen naturam ejus notatam  
 fatebitur, qui singula quæq; descriptionis verba exactiori pen-  
 sat judicio. Diximus nempe (1) † deferri cibaria domestica post 7  
 obitum mariti: Rectissimè omninò, quia vivente marito audi-  
 enda haut est mulier † commestibilia petens, *Georg. Rotschiz de 8*  
*dotalit. art. 19. n. 6. Coler. p. 1. decis. 60. n. 66.* ex quo nec Cognata ejus  
 ante maritum defunctæ, de iis quidquam sibi polliceri potest,  
*Posit. preced. n. 22.* † licèt Viduâ post mariti obitum è vivis dece- 9  
 dente, jus successione in rebus hiscè ei haut sit denegandum,  
*lib. 3. Spec. Sax. art. 38. Gloss. Weichbild art. 24. n. 2. Rotschiz dict.*  
*loc. (2) † Ad medietatem quoq; esculentorum & poculentorum 10*  
 favorem hunc jura Saxonica restringunt, *d. art. 22. & Constit. E-*  
*lect. 34.* ne, quod favoris est mulierum singularis, † heredibus ni- 11  
 mis sit nocumento; salvis tamen alimentis medietati haut in-  
 clusis, quibus Viduæ, si in bonis defuncti mariti jure utuntur  
 retentionis, pro sui sustentatione opus habent, *Dan. Moller. ad*  
*dict. Constit. 34. n. 2.* † Iniquissimum siquidem foret, mulieres fa- 12  
 vore hòc præter culpam suam defraudari ex morâ heredum, quæ  
 aliis obesse nequit, *l. in condemnatione 137. §. unicuiq; ubi Dec. ff.*  
*de reg. jur. (3) † Nec tamen indifferenter Vidua partem capit di-*  
 midiam commestibilium, sed eorum duntaxat, quæ post tricesi- 13  
 mū ab obitu mariti supersunt, *dict. Const. Elect. 34. verb. So nach*  
*dem dreißigsten übrig.* Cùm enim † tot dies de cibariis familia 14  
 defuncti alimentetur, quippe quæ de alio nondū sibi prospexe-  
 rit hero, † quin & tamdiu dominus vivere adhuc fingatur, à di- 15



visione abstinendum Legislatores censuere, restrictione non  
 modicâ jus hoc foeminarum singulare temperantes. Cui tandem  
 16 (4) † & hanc addimus, quod nomine Cibariorum domesticorum  
 Vidua nil participet de commestibilibus illis, quæ post mortem  
 demum mariti, licet ante tricesimum, domui suæ fuerint illata.  
 17 † Vinum ideoq; & frumentum, quod tempore mortis mariti in  
 vineâ vel agro adhuc est, quantumvis intra trigesimum fuerit il-  
 18 latum, non Viduæ, sed heredibus cedit, *dict. Const. Elect. 34.* † Re-  
 strictum nempe hoc jus est ad cibaria à defuncto apprehensa &  
 19 possessa, sive in domum ac curiam ejus illata, † quod & vocula  
 innuit, *Hof. Speise oder gehöfste Speise* / quæ æquæ cibaria foemi-  
 narum domestica notantur, *d. art. 22. lib. 1. Spec. Sax. & Constit. E-*  
*lect. 34.* ubi Dan. Moller. *n. 2.* Jacob. Schult. *in addit. ad Georg.*  
 20 *Rotschiz, de dotalit. art. 20. n. 12.* † Rationem hujus restrictionis eam  
 suppeditat Wefenbec, quod fructus adhuc pendentes sint pars  
 fundi, & unâ cum eo hereditatē sequantur, *in parat. ff. de alim. le-*  
 21 *gat.* † Sed veremur, ne nimis strictè hoc dictum sit: Placet igitur  
 22 alia, ex jure possessionis petita, scil. † quod Cibaria à defuncto  
 non possessa, nec sub penu comprehendantur, nec usui familiæ  
 infervire queant, *Rotsch. de dotal. art. 18. n. 1.* estq; notabilis ea re-  
 23 strictio juris hujus singularis, quæ † ceu fulcrô immotô firmiter  
 innituntur dogmata aliquot Interpp, circa materiem hanc scitu  
 24 admodum necessaria. Sed quæ illa? (1) † De frumento tempore  
 obitus mariti jam demessô & in fasciculos colligatô Viduam ju-  
 25 re commestibilium nil quicquam lucrari, † ut maximè intra tri-  
 cesimum in horreum reponatur, Dan. Moller. *ad dict. Constit. 34.*  
 26 *n. 2.* nisi scrupulum alicui moveat, quod juris est notissimi, fru-  
 ctus agrorum † perceptos ad dominum fundi pertinere, quam-  
 primùm à solo fuerint separati, in horreum licet nondum re-  
 conditi, *l. si fructuarius 13. ff. quib. mod. usus fr. vel usus amitt. l. si servus*  
 27 *61. §. locavi 8. ff. de furt.* in quo fundata contradictio Matth. Ber-  
 lich. *p. 3. concl. 47. n. 7.* † Sed confundit ille dominium cum pos-  
 sessione; nec enim ex illo, sed ex hâc de cibariis domesticis Vi-  
 duæ competentibus est dijudicandum, secundum jam tradita  
 28 *n. 22.* Ex quo (2) † porrò inferendum, quod nec medietas frumen-  
 ti à subditis annuatim præstandi, ante obitum mariti haut solu-  
 ti



ti, Viduæ jure commestibilium debeat, licet † dies præstatio- 29  
nis ante tricesimum venerit, Martin. Coler. *de aliment. lib. 1. c. 11.*  
*n. 75.* Reinh. Rosa *ad Dan. Moller. dict. Constit. 34. n. 2.* Quomodo  
enim in possessione defuncti repertum dicetur frumentum, an-  
te obitum ejus non realiter perceptum? † quomodo acquisitum, 30  
quod illatum haut est? Requisitio igitur cibariorum domestico-  
rum necessario deficiente, quo jure Vidua sibi ea vindicabit?  
(3) † Parili nititur jure frumentum mutuo alicui datum, de quo 31  
si Vidua medietatem nomine commestibilium petere vellet, ve-  
remur, ne ipsi opponeretur: Neminem in possessione sua habe-  
re, quod ex mutuo ipsi debetur, *arg. l. ult. C. quor. bonor.* † ex quo 32  
Vidua nil certius, quam repulsam reportabit, Sim. Pistor. *consil.*  
*11. quest. 1. n. 5. & 6. post lib. 1. consil. Mod. Pistor. Mart. Coler. d. cap.*  
*11. n. 74.* Johan. Schneidwin. *ad tit. Inst. de hered. qua ab int. defer.*  
*Rubr. de success. int. marit. & uxor. n. 42.* Ac licet regerat, nostrum  
esse † quod nobis debetur, *l. cedere diem 213. §. as alienum. ff. de V. S.* 33  
& rem habere videri eum, qui actionem ad rem habet, *l. qui acti-*  
*onem 15. ff. de reg. jur.* parum † tamen firmamenti ad obtinendum 34  
sibi hinc polliceri valebit, si quod res est, telis hinc dominium  
peti concedamus, salva tamen possessione, quam juris hujus sin-  
gularis fundamentum posuimus *supr. n. 22.* Huic (4) † aliud suc- 35  
cedit Viduæ non nocivum, sed proficuum, audiendam scilicet eam  
fore, si partem dimidiam petat de frumento ad forum alio ven-  
dendi causa transmissum, nondum tamen venditum ante mari-  
ti obitum, † cui natura ac qualitas cibariorum domesticorum 36  
haut tuto adimi potest, Moller. *3. semestr. 24.* Jac. Schult. *ad Rot-*  
*schiz. de dotal. art. 20. n. 6.* † Ex quo enim maritus possessionem hu- 37  
jus frumenti semel apprehendit, haut amisisse eam videbitur ex  
sola destinatione ad vendendum, sive adhuc in curia ejus, sive  
alibi reperiat, realiter non distractum & alienatum, *art. 22. lib. 1.*  
*Spec. Sax.* † nec enim sola destinatio effectu haut subsecutio, natu- 38  
ram commestibilium immutare potest, *l. 3. C. de furt.* (5) Subin-  
trat tandem † dogma Viduæ non minus favorabile ex frumento, 39  
quo agri sunt conferendi: nec enim hujus medietas detrahenda  
cibariis domesticis, quæ jure sibi vindicat mulier, ut bene sen-  
tiunt Coler. *d. cap. 11. n. 76.* Berlich. *p. 3. concl. 48. n. 24.* Schult. *d. loc.*  
*art.*



40 art. 20. n. 9. † vel solâ restrictionis generalitate satis adjuti, quâ omne frumentum à marito possessum cibariis accensendum diximus, aliter quantumvis docuerit Zobel, in addit. Gloss. ad art. 22. lib. 1. Landr. lit. D. & cum eo Matth. Coler. p. 1. decis. 60. n. 68. † quibus perpetuum quasi ex lege diffamari impositum voluit silentium Saxo Serenissimus in Constit. Elect. 32. §. do aber die Wittfraw/2c.

### POSITIO III.

*Non parum quoque singularitatis conspiciere licet in rebus, sub nomine Comestibilium comprehensis.*

1 **N**atura & qualitas cibariorum domesticorum specialis quænam sit, ex traditis Posit. preced. satis perspicuum. Non mi-  
2 nor occurrit singularitas circa res, hoc jure comprehensas, † quod tantò facilius quis crediderit, quanto certius tota hæc materies nullibi in jure communi fundata, solis moribus Saxonis in mulierum favorem introducta est. † Tutò hinc confugiant ad consuetudinem loci cujusque specialem, ceu solidum hujus juris fulcrum, qui de rebus ad comestibilia pertinentibus  
3 informari cupiunt; † Multum enim quia res hæ variant, nõ aliunde quàm ex eo, quod moris est, decisum petere licet, veluti  
4 quoque in † aliis foeminarum juribus indubitata pariter ac tutissimam judicandi normam præbet semper consuetudo localis, Gloss. latin. ad art. 24. lit. D. lib. 1. Spec. Sax. Hartm. Pistor. p. 1. quest. 32. n. 6. † quâ deficiente, ne dubii quidquam relinquamus, omnia esculenta & poculenta sive Cibaria domestica usui domus  
5 & familiæ inservientia, jure hoc volumus comprehensa, † ipsâ nobis ad stipulante voculâ Hof-speise/ art. 22. & 24. lib. 1. Spec. Sax. Const. Elect. 34. p. 1. Matth. Coler. p. 1. decis. 60. n. 68. Rotschiz de dotal. c. 19. n. 2. Joh. Schneidwin. ad tit. Inst. de heredit. quæ ab intest. defer. Rubr. de success. int. vir. & ux. n. 42. Mart. Coler. de aliment. lib. 1. c. 11. n. 69. † aut si voculâ generaliori hoc exprimere lubescat, per Victum ad sustentationem & usum familiæ, cibaria  
6 mulierum domestica non malè determinaverimus, † ne scilicet poculenta quis existimet exclusa, quæ tamen Serenissimus Elector verbis expressis inclusa voluit, Constit. 35. ibi: Diweil man  
7 sie zum



sie zum essen und trincken gebräuchet. & *Constit. 34. verb.* und dar-  
umb wann Wein. p. 3. Eoq; positò, † haut difficile erit definire, 10  
qvænam propriè res nomine commestibilium Viduæ cedant?  
Explicatiùs ut hoc demus, decidere solummodò placet specia-  
tim, qvòd imprimis ambiguum videtur Interpp. nostris. Disce-  
ptant autem † maximè de porcis sagineis, von Mast-schweinen/ 11  
qvòs cùm expressè cibariis domesticis accenseri viderint *in art.*  
*24. lib. 1. Specul. Sax.* ibi: Gemäste Schweine aber gehören zu dem  
Masttheil/ non quidem omninò ac simpliciter de hoc ulterius  
ambigere audent, † explicatione tamen aliquâ legem illam Sa- 12  
xoniam temperant, restringentes eam ad porcillos, † qui 13  
jam tempore obitûs mariti, maectati & in partes divisi fuere,  
*Matth. Coler. dict. decis. 60. n. 68. Rotschiz d. art. 19. n. 2. Gloss. lat.*  
*ad text. germ. Landrecht lib. 1. art. 22. Matth. Berlich. p. 3. concl. 48.*  
*n. 27.* † ne qvòd jure Morgengabæ vel largitatis sponsalitiæ debe- 14  
tur, duplici titulo Viduæ deferatur: † Fatemur, speciem aliquâ 15  
intellectum hunc præ se ferre, sed hili nihil, si vel generalitati  
textûs *d. art. 24.* inhæreamus, † vel cum juris Saxonici compila- 16  
toribus à porcis morgengabicis porcillos sagineos excipiamus,  
eosq; commestibilium titulo relinqvamus, † qvòd cùm hi satis 17  
expressè fecerint, & ex oppositionis naturâ porcillos etiam non-  
dum maectatos comprehenderint, *d. art. 24. vers. zur Morgenga-*  
*be/* † non est qvòd diutiùs in clarâ luce cæcutiamus, tituloqve 18  
duplici de porcillos sagineis nondum maectatis sibi prospectum,  
Viduam gloriari patiamur, † licèt gloriola illa nemini foret no- 19  
cumento, nisi forsan in pactis dotalibus vel Morgengaba vel  
commestibilia ipsi adempta essent. † Circa frumentum etiam id 20  
videtur restare difficultatis, num saltem de triturato medietas  
jure cibariorum domesticorum mulieribus debeatur, frumentò  
nondum trituratò totaliter heredibus relictò? † Qvòd qui sense- 21  
runt, foeminis minùs favent, quibus tamen generalitas *d. art. 24.*  
*& Constit. Elect. 34.* succurrit, † à quâ recedere nulla nos cogit ne- 22  
cessitas, qvin potiùs urget indefinitæ sanctioni stare, *l. 1. §. genera-*  
*liter. ff. de legat. prest. l. 8. ff. de publ. in rem act.* † & favorem mulie- 23  
rum ampliare, *l. hoc modo 64. §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. cum*

B

quidam



quidam 19. C. de lib. & postb. Matth. Coler. dict. decis. 60. num. 68.  
24 † Quem tamen limitatum concesserimus in hordeo & frumento  
Saracenco, Gersten und Heidekorn/ non quidem ad gustum  
25 † Facultatis juridicæ Lipsiensis, cui à generalitate frumenti spe-  
cies hascè excipere iniquum quondam fuit visum, ut videre li-  
11 cet apud Autor. consult. Constit. Sax. tom. 1. p. 2. quæst. 25. n. 1.  
26 † verè tamen, si ad momentum sanæ rationis provocaverimus.  
Nec enim frumentum Saracenicum esui hominum, nec omne  
hordeum potui paratur; quomodo ergò esculentis & poculentis  
27 accenserentur? Commovit † hæc ratio Serenissimum Saxonem,  
ut Viduâ ab hoc exclusâ, nostrum confirmaverit adfertum, &  
speciem hanc frumenti utramqve heredibus allodialibus adfi-  
28 gnari jusserit *Const. Elect. 35. p. 3.* † Non etenim tantus debet esse  
favor foeminarum, ut ipsam commestibulum naturam vincat,  
quippe quam jura Saxonica ad sola cibaria usui domûs ac fami-  
liæ destinata restrictâ voluere, *d. art. 22. & 24. lib. 1. Spec. Sax. dict.*  
29 *Constit. Elect. 34. p. 1.* † Ex quo & alia assertio justâ constat ratione,  
frumentum scil. Saracenicum non simpliciter à commestibili-  
bus exclusum, sed eo duntaxat casu comprehensum sub iis vide-  
ri, si molâ, ut fieri solet, contusum & pulti præparatum fuerit,  
30 zu Grûße gemacht/ † desinit namq; tum esse frumentum, & com-  
mutatur in farinam, quæ jure esculentorum Viduæ defertur,  
31 Gloss. ult. in art. 28. Weichbild. Eodemq; ex fonte promanat.  
† veritas decisi, quo Vicias vulgò à jure cibariorum domestico-  
rum relegatas existimant: nec enim familia, sed pecudes hiscè  
fruuntur; quo prætextu igitur hascè unâ cum aliis commestibi-  
32 libus & esculentis Vidua sibi vendicaret? † cui aliàs semina ad u-  
sum domûs & familiæ comparata hóc nomine nequaquam in-  
33 videmus, Rotschiz *d. art. 19. n. 2.* veluti † speciatim de semine ra-  
porum id scriptum reliquere Mart. Coler. *de alim. lib. 1. c. 11. n. 69.*  
34 Berlich. *d. concl. 48. n. 22.* licèt nec hoc ad placitum † totius JCo-  
rum cohortis, Rotsch. *de dotal. art. 25. n. 1.* ibiq; Georg. Schult.  
*in addit. n. 2. & in art. 20. n. 2.* Progredimur hinc porrò ad lupu-  
35 lum, & si quæsierit aliquis, † num hic commestilibus sit accen-  
sendus? respondemus negativè, prædictæ rationi decisionis in-  
nixa,



nixi, nimirum quòd non omnis lupulus potui paretur, adeoquè  
† nec semper poculentorum voculâ comprehendatur; unde in 36  
nihilum abit distinctio quorundam, an lupulus à solo sit separa-  
tus, nec ne, † posteriori tantummodò casu in nostram descen- 37  
dentium sententiam, à quo distinctionis fœdere alienus planè  
est Serenissimus Saxonix Elector, † nostrum simpliciter firmans 38  
respondum *in Const. 35. in fin. p. 3. Coler. d. decis. 60. n. 68.* De polen-  
tâ tandè siue hordeo resiccato cerevisiæ braxandæ siue coquen-  
dæ parato, † in contrarios sententiæ anfractus JCtos nostrates 39  
abire videmus: Et peperit ambiguitatis non parum sanctio Ele-  
ctoralis *in d. Constit. 35.* quæ † quia hordeum indifferenter rebus 40  
hereditariis adnumerat, nec madefactum seu maceratum & re-  
siccatum ab hâc lege excludendum fore, quidam adfertum eunt,  
Matth. Coler. *d. decis. 60. n. 68. in fin.* Rotsch. *d. art. 25. n. 1.* & ibid.  
Schult. *n. 2. & ad art. 20. n. 2.* † Accuratori verò iudicio ratio- 41  
nem legis alii penetrantes propterea polentam à sanctione Ele-  
ctorali excipiendam contendunt, quòd potui hominum infer-  
viat, & hinc tutò poculentis accenseatur, † quæ ratio Viduam 42  
juvare nequit quoad hordeum non resiccatum, quippe quæ nec  
potui nec usui hominum, sed ut plurimum pecudibus saginan-  
dis paratur, † ipsomet advertente Serenissimò Legislatore *in d.* 43  
*Constit. 35. in pr.* ubi Moller. *n. 2.* Berlich. *d. concl. 48. n. 8.* Mart.  
Coler. *d. c. 11. n. 69.* Schneidwin. *diët. Rubr. de success. int. vir. & ux.*  
*n. 42.* † quorum castra seqvimur lubentes: nec enim tam verba 44  
quàm animi sensa Serenissimi Saxonis cordi nobis sunt, ut in  
quibus ceu spiritu suo lex vivit, Aym. Cravetta *consil. 460. n. 7.*  
Bald. *lib. 4. cons. 52. n. 1.* Et † quis unquam Germanus tam libero 45  
lingyæ nativæ usui frenum laxavit, ut appellatione hordei Po-  
lentam existimaverit comprehensam; nolumus ideoquè & nos  
† extraneo indulgere verborum intellectui, qui non con- 46  
sonat auribus vulgi, Bald. *in tit. de pace constant. §. 2.*  
*vers. Opizoni, ad verb. recuperarint. n. 5.* Alexand. *lib. 6. cons. 102.*  
*n. 13.* Satis, opinamur, ex hiscè constabit, † in quibusnam rebus 47  
ac speciebus Vidua utatur jure commestibulum singulari, no-  
minatim verò recensitas qui eas velit, adeat pronunciatum Sca-



binorum Lipsiensium in causâ Ursula à Zeschau, viduae Joh. Ulrici  
48 à Schaurotb, de mens. Majo anno 1633, cujus † tenorem verbotenus  
reperiet annexam *defin. 1. in Jurispr. meâ forens. ad Constit. Elector.*

35. p. 3.

#### POSITIO IV.

*In quanto etiam Commestibilium, jus hoc foemina-  
rum singulare favorabiles suos exerit effectus.*

1 **Q**ualitatem cibariorum domesticorum, quibus mulieres in-  
2 tristissimo viduitatis statu humiliatę aliquantulum erigun-  
3 tur, dedimus hactenus demonstratam, unde † quid favoris hoc  
4 nomine ipsis indultum, nullô negotiô animadvertere licet: Non certè modicus ille est intuitu qualitatis; At nec minor  
5 in quanto commestibilium, si vel tempus † sustentationis, vel  
6 pluralitatem prædiorum mariti, unde illa sint colligenda, per-  
7 penderimus. † Invidentes enim quidam Viduæ id favoris, ut de  
8 omnibus esculentis & poculentis partem dimidiam caperet, saltem ratione quanti obicem ei ponere allaborârunt, jus hoc  
9 foeminarum singulare † ad commestibilia in usus necessarios u-  
10 nius saltem anni comparata restringentes, & iniquissimum judi-  
cantes, cibaria ad decennium fortè suffectura heredibus auferri  
ac Viduæ adsignari, *ex art. 24. Weichbild ita edocti, Rotschiz  
de dotal. art. 18. in fin.* † Sed quid ad nos jus Magdeburgicum lo-  
cale, quod autoritatem suam ultra limites haut extendit, nec ta-  
li suffultum est rationis spiritu, † ut favorem mulierum longè  
amplissimum extinguere posset, quem si eo, quo par est, defen-  
sare velimus fervore, nullam planè admittere possumus † restri-  
ctionem, de omnibus indifferenter cibariis unius ac plurium,  
etiam annorum victum excedentibus, partem dimidiam Viduæ  
titulô commestibilium attribuentes, † adjuti non modô In-  
terpp. effato communi, Matth. Coler. *de process. exec. p. 1. c. 3. n. 272.*  
Schult. *in addit. ad Rotschb. art. 20. n. 4. Berlich. p. 3. concl. 49. n. 4.*  
Mart. Coler. *de alim. lib. 1. c. 11. n. 70.* † Sed & consuetudine ac gene-  
rali ferè observatiâ firmati, de quâ Zobel, *in gloss. lat. ad text. germ.*  
lib.



*lib. 1. Spec. Sax. art. 22. lit. E.* † qvin & lege Serenissimi Saxonis 11  
 exprefsâ coacti, *in Const. Elect. 36.* ubi Moller. *n. 1. & seq.* nec  
 non *3. semestr. 24. n. 1.* Non parùm quoq; auget favorabilem,  
 juris hujus singularis effectum † pluralitas prædiorum, ex 12  
 quibus omnibus, licet ea maritus nunquam inhabitaverit,  
 cibaria ibi reperta pro dimidiâ parte Viduæ nomine hoc ce-  
 dere, † discimus in scholâ Jctorum Saxonorum, quo de 13  
 Hartm. Pistor. *p. 1. q. 32.* Coler. *d. c. 3. n. 270. & decis. 60. n. 75.* Andr.  
 Goldb. *de gerad. Rubr. de rebus quas uxor. n. 2. & seqq.* Rauchb.  
*p. 1. q. 17. n. 22.* nimirum † quòd mobilia, & quæ eorum natu- 14  
 ram sequuntur, haut loco sint circumscripta, sed affixa osfi-  
 bus ac personæ Dominorum in loco, ubi fovent domicilium,  
 Bald. *in l. mercatores. n. 1. C. de commerc. & mercat.* † ex quò 15  
 idem juris Bonis utensilibus ac morgengabicis tutò accom-  
 modare licet, Gold. & Rauchb. *d. loc.* † Viderit ergò Georg. 16  
 Rotschiz, quomodo suum tueatur assertum, quo perceptio-  
 nem commestibilium ad prædia, in dotalitium Viduæ con-  
 stituta, restringere adnititur, reliquorum prædiorum esculen-  
 ta & poculenta heredibus mariti relinquens, *de dotalit. art.*  
*19. n. 2. & art. 20. n. 15.* † Telum si petat *ex art. 24.* Weichbild/ 17  
 veremur, ne minùs feliciter pugnet, fortiori victus armatu-  
 râ, quam subministrant jura Saxonica, † *in art. 22. & 24. lib. 1.* 18  
*Spec. Sax. verb.* In teglichen Hofe ihres Mannes/ oder wo er sie  
 hette in seinen gewehren/ quibus consuetudo provincialis  
 Magdeburgica derogare nequit, observantiâ reclamante, † à 19  
 quâ omnis dispositio Saxonica suum recipit vigorem, Kling.  
*ad tit. Inst. de her. quæ ab int. defer. Rubr. de succ. secund. jus Sax.*  
*n. 7.* Goldb. *d. l. n. 7.* † Firmò hinc quoq; stat talò extensio præ- 20  
 dicti favoris ad commestibilia, in prædiis extra territoriū Sa-  
 xonicum sitis reperta, † quorū medietatē si Vidua titulo hoc 21  
 singulari sibi vendicet, metuere non habebit repulsam, ge-  
 neralitate jurium Saxonorum *in dict. art. 22. & 24.* peti-  
 tum ejus sustinente, Coler. *alleg. c. 3. n. 255.* Quâ † & mu- 22  
 lier animata, ex prædiis defuncti mariti allodialibus com-  
 mestibilia petens victoriam sibi pollicebitur, contradicenti-  
 bus



bus quantumvis heredibus, quorum conatus eodem repelle-  
23 re poterit telò, † cùm vocula (Omne & Unumquodqve)  
*in dict. art. 22. & 24.* nullum penitus prædium excludat,  
*l. omne verbum 2. in fin. C. commun. de legat.* Nec erubescen-  
24 dum ipsi erit, † si ulterius progrediatur, & in prædiis certâ  
pensione à marito conductis juris hujus singularis exerciti-  
25 um tentet; † Promittimus namque ei felicem successum,  
partemque dimidiam omnium esculentorum & poculentor-  
rum, quæ in penu ibidem recondita sunt: nec enim heic  
26 quidquam aliud considerandum remur, † quàm num Maritus  
cibaria domestica possederit, jure haut dissimili, quo re-  
liqua jura muliebria, ut sunt Bona utensilia & morgengabi-  
ca, ex conductis aliisque prædiis mariti universis indifferen-  
27 ter Viduæ debentur, † *d. art. 22 & 24. lib. 1. Specul. Saxon.*  
*Rauchbar d. question. 17. num. 18 & seqq. Coler. d. c. 3. num.*  
*270. & seqq. Moller. ad Constit. Elector. 38. n. 13. p. 3. æquali*  
28 *siquidem præstationis vinculo † jura hæc devinciuntur,*  
*Johan. Schneidwin. dict. Rubr. de success. int. vir. & uxor. n. 41.*  
*Coler. dict. decis. 60. num. 2.* Sed ne avaritiæ fœminarum,  
29 nimis frænum laxemus, † Viduæ petito non aliter deferen-  
dum existimamus, quàm si locatori pensio plenariè exsolu-  
ta, & inventarium restitutum sit; Horum verò alterutrò  
30 haut adimpletò, † non est quod Vidua sibi quicquam de ci-  
bariis domesticis vel Morgengaba ex prædiis conductis  
31 spondeat, non enim aliunde, † quàm ex bonis mariti jura  
hæc Viduæ deferuntur, *art. 22. & 24. lib. 1. Landrecht.* At  
32 verò nil possidere bonorum maritus videtur ante æris † a-  
lieni deductionem, *l. non possunt 11. ff. de jure fisc. l. sub signa-*  
*tum 39. §. 1. ff. de V. S. Anton. Faber in Codic. lib. 9. tit. 6. def. 3.*  
*num. 5.* Et quicquid in genere hæctenus de cibariis dome-  
sticis rebusque morgengabibus, ex prædiis indifferenter o-  
33 mnibus præstandis diximus, † id limitatum volumus, si  
certo prædii alicujus usui ea fuerint destinata, quippe quæ  
jure bonorum immobilium ac de territorio censentur lo-  
34 ci illius, † in quo reperiuntur, *l. hujusmodi 84. §. legatum.*  
*10. ff.*



10. ff. de legat. 1. l. Cajus 86. ff. de legat. 2. l. si ita legatum 86. ff. de  
legat. 3. Non ergò compos fiet voti sui Vidua, † jure com- 35  
mestibilium vel Morgengabæ cibaria vel pecora petens, quæ  
maritus pro necessitate castri vel fortaliti alicujus repo-  
fuerit, Moller. 3. semestr. 24. num. 4. Schult. ad Rotschiz, art. 3  
20. num. 8. aut † si pro sustentatione familiæ, quærendo- 36  
rumvé, colligendorum aut conservandorum fructuum  
causâ in prædiis habeantur, Rauchbar d. quest. 17. num. 24.  
Berlich. d. concl. 48. n. 18.

## POSITIO V.

*Juribus Morgengabæ & Commestibilium singu-  
laribus quasi ex Dotalitii sequelâ & accessione, non  
nisi Viduis Nobilium est prospe-  
ctum.*

**Q**Vocunqve se verterint mulieres, uberrimos ex jure 1  
Morgengabæ ac Commestibilium singulari colligent  
fructus, modò capaces horum sint, nec enim quibusvis in-  
differenter Viduis jure hõc prospectum fuit, † sed solummo- 2  
dò iis, quæ capaces sunt Dotalitii, idqve petere valent, cujus  
accessoria quasi habentur reliqua jura muliebria, † bonis u- 3  
tensilibus exceptis, quæ unâ cum bonis illatis Viduæ cedunt,  
in usum quantumvis rei familiaris à marito comparata,  
Daniel Moller. ad Constit. Elector. 20. num. 23. & seqq. part. 3.  
Goldb. de gerad. c. 5. Rubr. de primo ordin. succed. num. 33. Jo-  
han. Schneidwin. dict. Rubr. de success. int. vir. & ux. num. 48.  
unde generalis illa † connexitas dotalitii cum morgengabâ 4  
cibariisqve domesticis, art. 24. lib. 1. Spec. Saxon. Coler. p. 1.  
decis. 60. num. 2. Schneidwin. d. loc. num. 41. Ex quâ firmum  
petere est decisum: † An etiam mulieres plebejæ de jure 5  
commestibilium ac Morgengabæ gloriari queant? Cùm e-  
nim dotalitii jura Viduis tantummodò faveant nobilibus,  
Coler. d. decis. 60. n. 17. † non certè quidquam de eò, nec per- 6  
confe-



conseqvens de Morgengabâ & cibariis domesticis mulieres  
 plebejæ participare possunt, ex naturâ accessionis & seqvelæ,  
 † quæ utriusqve tam accessorii & principalis eandem opera-  
 tur qualitatem, parilemqve juris admittit dispositionem,  
 † Unde fre-  
 quens illud Serenissimi Saxonis monitum, *der Frauen von*  
*Kitters arth. in Constit. Elector. 34. & 37. p. 3.* † quo jura hæc  
 singularia Viduis nobilibus appropriare & vendicare anni-  
 xus fuit, tantum abest, ut quæstionem hanc reliquerit indeci-  
 sam. Nec † Doctorum Viduis quidquam favoris vel præ-  
 rogativæ heic indultum, benè arbitratur Berlich. *p. 3. concl.*  
*28. num. 105. & conclus. 48. num. 10.* Etsi enim eas, earun-  
 demqve maritos, quorum dignitatem seqvuntur, † titulo  
 Nobilium jure honorari inficias haut eamus, *l. providendum*  
*7. C. de postul. l. 2. §. ult. l. diximus 4. sub fin. ff. de excusat. tutor.*  
 unde & Nobilium ac Doctorum † eadem sunt jura, insignia  
 & privilegia, *Ordin. Camer. de anno 1555. p. 1. c. 43. Recess. Im-*  
*per. Coloniens. de anno 1512. §. item sollen/2c. Andr. Tiraqvell.*  
*de nobilit. c. 5. n. 3. & seqq. Estien. Pasquier liv. 2. des recherches*  
*de la France, chap. 15. pag. 166.* † attamen genere & familiâ no-  
 biles non sunt; & si Logici veniam nobis loqvendi conces-  
 serint, sunt illi Nobiles titulares † in concreto, non nomi-  
 nales in abstracto, *Edel/ aber keine Edelleute/ Limn. de jur.*  
*publ. lib. 8. cap. 8. n. 103. & seqq.* † Haut obscure autem hiscè  
 duntaxat jure Morgengabæ & commestibilium voluit pro-  
 spectum Saxon. *Elect. diot. Constit. 34. & 37. in verb. von*  
*Kitters arth.* Non ergò præsumant † jure hõc Morgenga-  
 bæ vel commestibilium superbire Doctorum Viduæ, ne ipsis  
 objiciatur, quod in foro Saxonico lippis & tonsoribus no-  
 tum: Non gloriari quemquam posse de nobilitate, † quam  
 nõ à quartõ progenitore & antiqvâ profapiâ acceperit, *Gloss.*  
*in art. 27. lib. 1. Spec. Saxon. Coler. p. 1. decis. 203. n. 27.* Nec  
 est quod Viduæ genere nobiles contemptui id ducant plebejis,  
 † cùm nec ipsæmet favore commestibilium ac Morgengabæ  
 gaudeant, si Viris nupserint plebejis, repudiõ † per id nobili-  
 tati



rati generis datō, *l. fœminæ 8. ff. de Senator. l. 34. §. ult. ff. de rit. nupt. l. 1. C. de dignit. Moller. 1. semestr. 8. n. 1. Coler. d. decis. 60. n. 77.* † Verè num hoc statuerimus, ambiget, cui ex sinistro 20  
*art. 45. vers. wann er aber stirbet. lib. 1. Specul. Saxon.* intellectu  
persuasum est, defunctō maritō Viduam ab ejusdem jure  
penitūs liberari. † Recuperatō igitur pristinō nobilitatis 21  
genere ac statu, quid ei nocumento erit, quò minūs unā cum  
dotalitio morgengabam & cibaria domestica sibi deberi  
contendat? At † non fidat huic intellectu textūs Vidua, ex 22  
quo parum præsidii habet, si, quod res est, ex verbis præce-  
dentibus de solo jure tutelari illum accipiamus, † salvō sta- 23  
tu, dignitate & conditione mariti, quam Vidua etiamnum  
hodiè in provinciis quoq; Saxonis retinet, † usque dum ad 24  
secundas convolet nuptias, *l. cum te 10. C. de nupt. l. filii 22. §. viduam. ff. ad municip. Moller. d. c. 8. Coler. p. 1. decis. 65. in pr.*  
Quod licèt Viduæ nobili, nupta quæ erat plebejo, incommo-  
do cedat, † ignobili tamen si matrimonio mariti nobilis se 25  
junxerit, valdè proficuum est, quippe quæ dissolutō etiam  
per mortem mariti matrimoniō nobilitatem retinens, † si 26  
jus rerum morgengabicarum & commestibilium urgeat, pe-  
tito suo haut frustrabitur, *Moller. d. c. 8. vers. econtra autem. Coler. p. 1. decis. 60. num. 66.* † Sed hæc omnia salvō jure 27  
pactorum dotalium, quibus si Viduæ etiam plebejæ ac igno-  
bili de dotalitio pariter ac morgengabâ & commestibilibus  
consultum fuerit, † oneri huic subtrahere se non poterunt 28  
heredes, sed tenentur ad præstationem ejus, quod maritus  
Viduæ promisit; Cessant siquidem disputata Doctorum  
de successione conjugum, si matrimonium contrahentes ipsi-  
met † legem sibi dixerint expressam, *tot. tit. ff. de pact. dotal. 29*  
*& C. de pact. convent. Andr. Gail 2. observat. 80. n. 15.* Nec mi-  
nor hæc efficacia consuetudinis vel statuti localis, † quod si 30  
jura nobilium Viduarum mulieribus attribuat plebejis, nec  
iis hæc invidenda, nec querelæ fœminarum nobilium de a-  
demtâ prærogativâ indulgendum est, † sed præcisè inhæren- 31  
dum moribus, qui legis instar obligant, juriq; derogant.

C

com-



communi, l. de quibus 32. ff. de lb. Bartol. in l. viros 8. in fin. C.  
de divers. offic. lib. 12.

## POSITIO VI.

*Ex dotalitii tamen defectu ob non illatam dotem,  
jure Morgengabæ ac cibariorum domesticorum Vidua haut  
est defraudanda.*

1 **V**erè licet dixerimus Morgengabam & Cibaria domestica  
2 dotalitii accessionem quendam & sequelam, ejusdem  
3 scilicet naturæ, quæ est jurium muliebrium, *Posit. præced. n. 2.*  
4 sine scrupulo tamen † non omnibus hoc dictum veremur, si,  
5 quid juris in dotalitio illatâ haut dote receptum, demonstra-  
6 vimus *suprà Decad. V. posit. 9.* in memoriam revocemus, † nun-  
7 quam scilicet à successoribus feudi id fore præstandum, ante-  
8 quam dos illata probetur, *Constit. Elector. 44. in pr. p. 2.* Hartm.  
9 *Pistor. p. 1. quæst. 4. n. 3. & 8.* Georg. Rotschiz *de dotal. art. 1.*  
10 *n. 3. & 16.* Thoming. *conf. 4. n. 72. & seq.* † quippe in cujus com-  
11 pensationem constitui solet, ad instar donationis propter  
12 nuptias, §. *est & aliud genus 3. Instit. de donat. l. ult. & tot. tit. C.*  
13 *de donat. ant. nupt.* † cujus species quædam hoc est, Bocer. *de*  
14 *donat. c. 11. in pr.* *Pistor. d. quæst. 4. in pr.* usq; adeò † ut dote  
15 non promissâ, licet post obitum mariti Vidua hoc nomine  
16 quidquam numerare velit, dotalitium tamen obtinere ne-  
17 queat, ne ansa ipsi detur, † summâ pecuniæ dotalis immensâ  
18 Agnatis & heredibus mariti exhibitâ, nimium iis præjudicare,  
19 prout demonstratum dedi *Respons. Elector. 56. lib. 6.* † Accessio  
20 hinc morgengabæ & cibariorum domesticorum cum princi-  
21 palis sui, quod est dotalitium, redoleat naturam, nec jura  
22 hæc, matrimonio absq; dote inter Nobiles contracto, Viduæ  
23 deberi, † ex verâ & necessariâ argumenti consequentiâ infe-  
24 rendum erit; haut sine ingenti fœminarum jacturâ, quæ si ex  
25 inopia dotem constituere non potuerint, vel eam promittere  
26 neglexerint, unâ cum dotalitio juribus quoque hiscè mulie-  
27 bibus



bribus frustrabuntur. † At partes tuebimur Viduarum, 10  
ipsisqve licet non dotalitium, morgengabam tamen & com-  
mestibilia vindicabimus, quantumvis nullam intulerint do-  
tem, † ut quod favorabile per se est, casu utroq; in favorem 11  
fœminis cedat. Præstabimus † verò id feliciter, si, quæ inter 12  
dotalitium & reliqua jura subest, rationem diversitatis accu-  
ratè pensitemus. Nimirum † quia dotalitium recompensa- 13  
tio dotis est, quam absorbet, inq; locum ejus surrogatur,  
*Constit. Elector. 32. p. 2. ubi Moller. n. 1. Pistor. d. quest. 4. n. 20.*  
*Coler. d. decis. 60. n. 12. Rauchbar p. 1. q. 30. n. 22.* fieri non pot-  
est, ut † dote haut existente locus detur recompensationi vel 14  
surrogato, quod ex regulis Philosophorum semper quid præ-  
supponit, in cuius locum surrogetur: Sed malè accommoda-  
verit quis hoc † ad morgengabam cibariaqve domestica, in 15  
quibus nec dotis occurrit respectus, nec ullum connexitatis  
vinculum, sed deferuntur hæc ex nudo favore & speciali ju-  
ris Saxonici dispositione, *art. 22. & 24. lib. 1. Specul. Saxon.*  
Vel sola hæc igitur † diversitatis ratio sustinere valet morgeng- 16  
gabam & commestibilia, Viduis nobilium debita, ut maxi-  
mè dotalitium propter dotem non illatam abeat in fumum,  
† ex alio Philosophorum dogmate, quod ob disparitatem ra- 17  
tionis inter principale & accessorium diversitatem admit-  
tit. Idqve tantò fortiùs heïc operatur, quantò certior est  
† regula Juris: Sine lege expressâ & juris autoritate nil 18  
temerè adseverandum esse, *l. illam 19. C. de collat. Barbosa in*  
*axiom. jur. axiom. Lex. 136. n. 11.* † nullibi verò de privatione 19  
horum jurium ob dotem haut illatam quidquam in foro Sa-  
xonico legitur sancitum, ut neqve hinc favori mu-  
lierum quidquam de illis sit subtra-  
hendum.



POSITIO VII.

*Nec juriū horum favor in odium Viduarum  
nobilium detorqueri debet, si relictis iis, portionem statutariam  
vel hereditatis ex bonis defuncti mariti pete-  
re malint.*

I TEMPERENT sibi, nec affectibus erga mulieres nimum indulgeant, qui jura morgengabæ cibariorumque domesticorum defendere nituntur, ne, quæ in favorem Viduarum nobilium sunt introducta, in earundem detorqueantur odium. Fieri autem † id veremur, si ad jura ista foeminas nobiles tam forti adstringant vinculo, ut ea repudiare fas ipsis non sit. Quid enim † si favori huic renunciantes jure mulierum plebejarum succedere, portionemque statutariam petere mallent, vel quod tanti res morgengabica & commestibilia haut aestimentur, vel portio statutaria dotalitium pro dote modicâ constitutum longè superet, † num electio hæc adempta ipsis erit? Ita forsitan dixerint, qui jura morgengabæ & commestibilium modicè tuentur, haut parùm adjuti dogmate juris longè certissimò: † electionem esse debitoris, non creditoris, *l. plerumq. 10. §. ult. ff. de jure dot. l. 34. §. datur autem 7. ff. de jurejur. l. quod autem 7. §. si maritus. ff. de donat. int. vir. & ux. Anton. Faber in Cod. lib. 4. tit. 2. def. 18. num. 12.* ex quo † si omninò in alternativa id consisteret electione, non Viduæ, sed heredibus mariti optio danda foret. At † nonne hinc favor mulierum in earundem nocumentum abiret, & quæ jura mulieribus sunt favorabilia, in earum odium detorquerentur? † nempe si foemina nobilis vel nullam vel exiguam intulisset dotem, parum lucri ex facultatibus mariti spondere sibi posset, portione statutariâ penitè ademptâ, † quam tamen dote repudiatâ foeminæ etiam rusticæ petere valent, quarum conditio hæc in re longè esset melior. Absolum profectò hoc est, † nec privilegium nobilitatis damno ipsis cedere debet, *l. Senatores 11. in fin. ff. de Senator.* Idque ut evitetur, lege speciali electionem Viduæ concessit † Sere-

nis-



nissimus Saxoniae Elector, an jura morgengabæ & cibario-  
rum domesticorum cum dotalitio petere, an verò iis repudia-  
tis portionem statutariam efflagitare velit, *in Constit. 37. p. 3.*  
† idq̄ve ex singulari favore, quo exceptio à regulâ ista com- 12  
muni, quæ debitori jus optionis defert, fulcrò † sat firmò su- 13  
stinetur, Matth. Coler. *p. 1. decis. 60. n. 3.* Matth. Wesembec. *in*  
*apostilla ad Johan. Schneidvvin. Instit. de hered. quæ ab int. defer.*  
*Rubr. de success. jur. Saxon. int. vir. & ux.* Andr. Goldbec. *de*  
*gerad. c. 5. Rubr. de prim. ord. succed. n. 31.* † Contenta autem 14  
sit Vidua hòc favore, nec frænnum laxet avaritiæ utrumq̄ve,  
jus petens, & portionem statutariam & dotalitium cum mor-  
gengabâ, commestibilibus & geradâ; Hoc enim si fecerit,  
† certò certius repulsam reportabit, nec enim natura optio- 15  
nis, nec qualitas dotalitii juriumq̄ve muliebrium hoc admit-  
tit, sed † unum alterum absorbet: Et si portionem eligat sta- 16  
tutariam, omnia sua bona & lucra aliunde acquisita in here-  
ditatem communem conferre obstricta est, *Constit. Elector. 20.*  
*in fin.* † quomodo ergò jura muliebria sibi reservare posset, 17  
ut verè jam ante annos quinquaginta *mense Junio, anno 1600*  
responderint † Scabini Lipsienses: So wird bemelter Witt- 18  
ben/ als unter Adelspersonen bräuchlich/ aus des verstorbenen  
Mannes Gütern/ was vermöge landüblicher Sächß. Rechte  
zur Gerade/ Morgengabe und Mustheil gehöret/ billich ge-  
folget/ daran sie sich auch begnügen lesset. Dofern sie aber  
vermöge Churfürstl. Sächß. Constitution den vierdten theil/ o-  
der was sonst den Weibern nach gewonheit gebühret/ von  
dem Erbe haben wil/ so ist sie dargegen ihrer fräulichen Gerech-  
tigkeit sich zubegeben/ und ihre eigene Gerade in gemeine thei-  
lung zu *conferiren* schuldig/ *B. R. W.* Quod idem † de quo- 19  
tâ hereditatis ex testamento mariti Serenissimus Elector in-  
tellectum voluit, voculis hiscè (etwas von Erbe) apertè in-  
digitantibus, *dict. Constit. 37.* † petitis namq̄ve à Viduâ juri- 20  
bus muliebribus, dos pariter & quidquid mulier nupta ma-  
rito intulit, cum ejusdem bonis ita confunduntur ac com-  
miscentur, † ut nil ulterius de hiscè sibi vindicare queat, 21



*Constit. Elector. 42.* ubi Moller. *n. 1. & 2.* Christ. Zobel. *in addit. ad gloss. german. art. 20. n. 9. lib. 1. Specul. Saxon.* Nec magis † Viduæ nobili favendum, si dotem ac bona illata repetat ex prædictâ dotalitii naturâ, quod dotem absorbet; Eô  
22 namque semel à Viduâ acceptatô, † dos feudo incorporata  
23 prorsus expirat, ac plenô jure heredibus cedit, *dict. Constit. 42.*  
Andr. Rauchbar *p. 1. quest. 30. num. 22.* Matth. Wesembec. *p. 1. conf. 26. n. 26.* Coler. *p. 1. decis. 57. & decis. 60. n. 12.* Quo ipso  
24 etiam † reliqua jura muliebria Viduæ, bona illata repetenti  
adempta censentur, jure connexitatis cum dotalitio, cujus  
25 naturam in hoc passu adsumunt, à quibus tamen † Geradam  
seu bona utensilia volumus excepta, quæ Vidua unâ cum bonis  
illatis repetere haut prohibetur, si ipsa Geradam marito  
attulerit, si hæc à marito constante matrimonio fuerit  
comparata, *Constit. Elector. 20.* ubi Moller. *n. 23 & seqq. p. 3.*  
Schneidwin. *dict. Rubr. de success. int. vir. & ux. num. 48.* Ber-  
26 lich. *p. 3. conclus. 27. num. 65.* Goldbec. *d. loc. num. 33.* † siquidem  
Geradam non tam ex bonis mariti, quàm jure proprio &  
ex legis dispositione capit, eamque vivente adhuc marito  
27 proprietatis jure possidere videtur, *Constit. 33. p. 3.* † At ne  
favorem hunc Viduarum nobilium nimis extenuemus, in  
28 jure provinciali subsistimus, dogma hoc nequaquam † ex-  
tendentes ad pacta dotalia, quibus si jurium pariter mulie-  
brium & hereditatis participes sint factæ, invidendum hoc  
29 ipsis non est, † nec vitio vertendum, quod nubentes de jure  
pleniori sibi prospexerint, *dict. Constit. 37.* Petr. Heig. *p. 1. quest.*  
30 *27. n. 50.* perinde ac si † consuetudo localis in hoc eis faveret,  
cui omninô standum erit, quippe cujus major est vis & effica-  
cia quàm pacti, *l. ult.* ubi Bartol. & Salycet. *C. de fidejuss.* Gold-  
31 bec. *alleg. loc. n. 22.* † Quin & marito fas est de favore uberiori  
providere Viduæ, eique cum juribus foeminarum nobi-  
lium muliebribus, portionem statutariam vel hereditatis per  
32 testamentum deferre, Heig. *d. loc.* † cessant siquidem conten-  
tiones de jure conjugum succedendi, quando testator legem  
33 præscripsit expressam, *l. 25. §. 1. ff. de legat. 3.* † Utq; tantò mi-  
nùs



nus favori foeminarum nobilium decedat, non sine mysterio  
Serenissimus Saxo quota hereditatis mentionem facit *in dict.*  
*Constit. 37.* eamque cum juribus muliebribus, ipsis offerre  
prohibet, ne si forsan legatum quid sit Viduae in testamento 34  
mariti, id per acceptationem Morgengabae & rerum comme-  
stibilium ei rursus adimatur, vel accessiones haec lege Saxo- 35  
nicam mulieribus debitae auferantur, Moller. *in alleg. Constit.*  
*37. num. 1. Goldbec. d. loc. n. 17.* appellatione si quidem he- 36  
reditatis legata & res particulares haut continentur, *l. si Ti-*  
*tius 96. sub fin. ff. de legat. 3.* Quid vero si maritus in casum 37  
mortis uxori aliquid donaverit? Non audiendam fore Vidu-  
am, dixerit forsan aliquis, si hoc una cum morgengaba & ci- 38  
bariis domesticis ex hereditate mariti petat, cum parum in-  
teresse videatur, an per testamentum, an vero per donatio-  
nem mortis causa pars hereditatis alicui deferatur. Sed mul- 39  
tum interest diversitatis, quia non jure hereditario cense-  
tur acquisitum, quod donationis titulo transfertur; nec ut te-  
stamentum, ita & donatio mortis causa titulus est universita-  
tis, Dd. *in l. donationes 25. C. de donat. int. vir. & uxor.* Heig.  
*p. 1. quest. 27. n. 35.* Merito ideoque deferendum erit petito 40  
Viduae nobilis, ei que annuendum, ut utriusque & donati &  
jurium muliebrium fiat particeps, Heig. *d. loc. n. 32.* & Matth.  
Coler. *p. 1. decis. 57. num. 59.* Et cur non ita? postquam 41  
Electoralis prohibitio testamenti meminit, & per id Viduae  
acquisitum una cum juribus muliebribus in illam transferri  
nolit. Acquiescendum igitur est in voluntate Serenissimi  
Legislatoris, nec Constitutio statutaria ad casum alium ex- 42  
tendenda, praesertim cum mortis causa donatio nec appella-  
tione ultimae voluntatis proprie comprehendatur, nec sim- 43  
pliciter donatio dicatur, *l. 1. in pr. ff. de donat. l. ult.* ubi Gloss.  
& Dd. *C. eod. tit.* Andr. Tiraq. *in l. si unquam. verb. donatione*  
*largitus. n. 141. & seqq. C. de revoc. donat.* Donatum nihilomi- 44  
nus hoc Viduae in portionem statutariam imputari, quis re-  
posuerit? *Auth. praeterea. sub fin. C. unde vir & uxor.* nempe  
quia maritus debitor est necessarius, qui animo compensan- 45  
di



di legasse videtur, omni liberalitatis præsumptione exclusâ,  
*l. rem legatam 18. ff. de adim. legat.* Est ita: Sed quid portio statu-  
46 taria commune habet † cum jure morgengabæ & commesti-  
bilibium singulari, ratione diversitatis haut exiguâ inter jura,  
hæc existente; Quidquid enim Vidua habet vel acquirat, id in  
portionem statutariam est conferendum, *Constit. Elector. 20.*  
47 *S. ult. p. 3.* † merito ergo etiam legata & donata mortis causâ,  
quæ post obitum mariti statim in bonis & facultatibus Viduæ  
reperiuntur, *l. à Titio 64. sub fin. ff. de furt. l. legatum 80. ff. de*  
48 *legat. 2.* † At jura muliebria ex moribus Saxonis non nisi per-  
ceptione hereditatis amittuntur, *dict. Constit. 37.* donatum  
verò mortis causâ titulò hoc non contineri jam diximus.

### POSITIO IIX.

*Plenius ratione apprehensionis est jus Morgenga-  
bæ, dotalitii atq; geradæ, quàm Cibariorum domesticorum, quæ ne  
quidem post tricesimum Vidua heredibus insalutatis ca-  
pere potest, nisi inventario vel juramento  
se obstringere velit.*

1 **F**Avore nituntur singulari jura muliebria, quæ quæcumque  
etiam illa sint, licet certo respectu unum quandoque sit aliò  
2 favorabilius; Et ita ratione ac intuitu apprehensionis † ple-  
niori favore prospectum est fœminis in jure dotalitii, geradæ,  
3 ac morgengabæ seu largitatis sponsalitiæ, † quæ omnia auto-  
ritate propria ad instar heredis accipere & occupare valet,  
*Constit. Elector. 33. vers. damit aber / 2c. p. 3.* ubi Moller. *n. 1.* ex  
ratione haut ineleganti, quòd mulier vivente etiam maritò u-  
sum ac possessionem omnium bonorum quasi communem  
4 habeat, † jure familiaritatis, *l. qui jure familiaritatis 41 ff. de*  
*acquir. possess. art. 31. in pr. lib. 1. Spec. Sax.* Quidni ergo post obi-  
5 tum ejus retineret saltem pro parte jure proprio, † quod antea  
6 in universum jure familiaritatis possedit? † Unde & retentio-  
nis jus pro mantenentiâ suæ portionis ipsi succurrit, *Constit.*  
*Elector. 25. p. 2. Weichbild art 57, Zobel. in addit. ad Gloss. art. 20.*  
*lib. 1.*



*lib. 1. Spec. Sax. lit. E. vers. sic etiam non cogitur &c.* † Fallunt 7  
ideoq; , qui jura hæc æquiparant legatis, quæ ex manu here-  
dis legatariis deferuntur; nec enim heredes falcidiæ nomi-  
ne quidquam de juribus hiscè sibi arrogare queunt, † spe- 8  
ciali privilegio ac dispositione Saxonica iis Viduæ delatis,  
Mod. Pistor. *part. 1. quest. 19.* ubi Schult. *in addit. num. 7.* † ut 9  
nec hinc heredum intersit, res geradicas vel morgengabicas  
à Viduâ propria autoritate occupari, modò tricesimum ab  
obitu mariti expectet, *dict. Constit. Elector. 33.* ne ansa detur  
conquerendi heredibus † de Viduæ temeritate, quæ intra 10  
spatium 30 dierum, omnium ferè gentium moribus privile-  
giatum, manes defuncti contristare non erubuerit, nec à tur-  
batione jacentis hereditatis, † quæ creditoribus & heredibus 11  
etiam ipsis est interdicta, abstinuerit, *art. 22. lib. 1. Specul. Sa-*  
*xon.* Jacob. Schult. *ad Rotsch. art. 25. num. 8.* Qualiscunqve  
verò hic sit favor, † non gaudet eò Vidua nobilis in commes- 12  
tibilibus seu cibariis domesticis, quæ post tricesimum etiam  
heredibus ignorantibus & invitis apprehendere prohibetur,  
*dict. Constit. Elector. 33. §. So viel aber/1c.* Ratio diversita-  
tis obscura haut est; † quia enim jus hoc commestibilium 13  
in dimidietate saltem esculentorum & poculentorum confi-  
stit, *supr. Posit. 2.* fieri non potest, † ut divisione haut fa- 14  
ctâ, de parte dimidiâ constet, adeoque nec quidquam liquidi  
anteâ Vidua habet, quod occupare possit, Moller. *d. loc. n. 4.*  
† divisio namqve ipso jure non fit, sed factum & consensus 15  
partis utriusqve accedat necesse est, *l. pen. C. comm. divid.*  
Anton. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 1. def. 25. num. 23.* Quod qui- 16  
dem durum videtur mulieribus, † nimis tamen rigorosè di-  
ctum non est, si, quid rigoris alii addant, pensitemus: Ajunt  
nempe, si † vel morgengabam vel geradam intra tricesimum, 17  
vel post hoc spatium commestibilia insciis heredibus Vidua  
apprehenderit, † eam per id lucra ejusmodi amisisse, ex dis- 18  
positione juris, quæ dominio privat invadentem propriâ au-  
toritate bona sua & possessionem, *l. si quis in tantam. 7. C. unde*  
*vi. l. extat 13. ff. quod met. caus.* Hartman, Pistor. *p. 1. quest. 16.*

D

n. 12.



- 19 n. 12 & seqq. Henning. Göden *cons.* 78. num. 10 & seqq. † Sed  
 20 missum faciamus hunc rigorem, quem ubiqve aliis etiam in  
 passibus mores Saxonici jamdudum rejecerunt, † mulctam,  
 saltem arbitrariam irrogantes rerum ac facultatum suarum  
 inuasoribus, *art.* 43. ubi Gloss. & *in art.* 47. *lib.* 3. *Specul. Saxon.*  
 Matth. Coler. *de process. execut. in præf.* n. 14. & p. 1. *decis.* 125.  
 21 Zobel. p. 4. *diff.* 15. n. 1 & seqq. Quis ergo contra mulieres † ri-  
 gorem hunc juris civilis in foro Saxonico ad usum & praxin  
 revocare ausit, si præsertim adverterit, propriâ horum juri-  
 um occupatione eas sibi ipsis jam id attraxisse incommodi,  
 22 † ut vel beneficio Inventarii, vel eò neglecto, jurato, quod oc-  
 cupaverint, quantumqve acceperint, heredibus indicare te-  
 23 neantur, *dict. Constit.* 33. §. damit aber/ıc. quod † satis pœnæ  
 ipsis erit, quæ persuasione religionis per jurisjurandi præstatio-  
 nem violandæ, nunquam non difficiles sunt ad jurandum,  
 cui tamen nullo subtrahere se possunt casu, si insciis heredi-  
 24 bus quidquam de juribus illis apprehenderint, † quia semper  
 adversus eas militat præsumptio, quod plus acceperint, vel  
 saltem propter naturam sexûs muliebris, qui huic suspicioni  
 est subjectus, Mart. Coler. *de aliment. lib.* 1. c. 11, n. 67.

### POSITIO IX.

*Tantus favor juris hujus singularis non est, quin  
 Morgengaba Cibariâq; domestica anno & die præscribantur:  
 deq; iis æs alienum defuncti mariti in subsi-  
 dium exsolvatur.*

- 1 **M**agnus equidem est favor juris Morgengabæ & Comme-  
 stibilium, at non tantus, ut nunquam horum amissio-  
 nem metuere habeant Viduæ, de quarum juribus singulari-  
 2 bus ita loqui convenit, † ne vel quid iis detrahamus, vel, quod  
 non habent, conferamus, frustra spe eas lactantes, si præser-  
 tim ipsæmet causam dederint deminutioni hujus favoris,  
 3 † quod certè accidit, si tacuerint, & quod iis nomine hõc de-  
 be-



betur à tempore elapsi tricesimi, intra annum & diem petere  
neglexerint, Dan. Moller, 2. *semestr.*, 11. Johan. Zanger *de ex-*  
*cept. p. 3. c. 10. n. 153.* Matth. Coler. *ad cap. de quarta. n. 78. extr.*  
*de prescript.* Ex quo enim † in foro Saxonico præscriptio an- 4  
nalis res mobiles quasvis comprehendit, *art. 28. in fin. lib. 1.*  
*Specul. Saxon. & art. 24. lib. 2.* non certè à præscriptione hæc  
† Res morgengabicas cibariaq; domestica excipere licet, idq; 5  
tantò minùs, quod jus Geradæ verbis expressis notetur *in d.*  
*art. 28.* cui jura hæc semper ferè sunt annexa, & vinculo æqua-  
li devinciuntur, † modò vera accedat Viduæ negligentia, cæ- 6  
teroquin non tam favor beneficii hujus singularis, quàm  
ratio juris communis præscriptionem annalem in suspenso  
retinebit, † quippe quàm ignorantibus non currere didicimus *ex* 7  
*l. semper. 15. §. hoc interdictum. 3. vers. annus. ff. quod vi aut clam.*  
*l. annus 6. ff. de calumn. l. genere 8. ff. de his qui not. inf.* † nun- 8  
quam enim non valenti agere currit præscriptio, *l. 1. §. 2. C. de*  
*annal. except.* nec fieri potest, ut quis de eo, quod sibi compe-  
tere ignorat, experiatur, *l. 55. ff. de edil. edict.* Ant. Fab. *in Cod.* 9  
*lib. 7. tit. 9. def. 1. n. 1 & 2.* † quo ipso tamen non indulgemus  
ignorantiæ affectatæ, quæq; ex facto provenit doloso, *l. qui con-*  
*tra 4. C. de incest. nupt.* Andr. Tiraq. *de retract. §. 35. gl. 4. n. 28.*  
Quicquid verò sit, tolerabilior † est hæc amissio juris morgen- 10  
gabici & commestibilium, cui propria ansam dedit Viduæ ne-  
gligentia, cum tamè facilimè eam prævenire potuerit, quàm  
† quæ ex ære mariti defuncti alieno dependet, reclamante 11  
semper axiomaticè juris vulgato: Culpam cuiq; suam, non alii  
obesse, *l. quod te mihi 5. ff. de reb. cred. l. ratio 3. §. ult. ff. de act. emt.*  
† quod D. Badehorn quondam adeò commovit, ut in Scabi- 12  
natu Electorali deciso huic assentiri noluerit, multum con-  
tendens, Viduæ nobili jura hæc beneficio legis Saxonicae spe-  
cialis competere, pro operis nempe in matrimonio præstitis,  
† unde causam potiùs onerosam quàm lucrativam fovere, ac 13  
creditoris personam sustinere videretur, adeoq; juri huic pri-  
vilegiato per indirectum præjudicare iniquum foret, ut vide-  
re est apud Mod. Pist. *p. 1. quæst. 32. n. 8.* † Nec alienâ fuerunt 14



mente Nobiles ac Status provinciales, quando D. Augustus  
Electoꝝ, pietissimæ memoriæ, in conventu Misnico de bo-  
nis utensilibus, commestilibus & morgengabicis debita  
15 mariti defuncti solvere jusfit, † *singulari desuper sanctione factâ,*  
quæ tamen ob dissensum prædictorum Statuum provinci-  
16 um publicè promulgata & typis excusa haut est; † quin &  
contradictione suâ id effecerunt Nobiles, ut Dn. Electoꝝ cau-  
sam hanc sibi decidendam reservaverit, inferioribus Dicastre-  
17 riis pronunciandi facultate ademtâ speciali Rescripto, † Sca-  
binatibus ditionis suæ intimato, quod verbotenus refert Frid.  
Penfold, *in not. ad Coler. p. 2. decis. 286 n. 194.* Ac licet postea Sca-  
18 bini † in D. Badehornii sententiam semper inclinarent, &  
quando de causâ hæc vel decidendi vel pronunciandi ansa da-  
19 retur, eam præcisè observarent, † attestante Penfoldo *d. loc. n.*  
*195.* & Jac. Schult. *ad d. quæst. 32. Mod. Pistor. lit. A.* res tamen  
eò tandem devenit, ut Serenissimus Electoꝝ divi Prædecessoris  
& avi pietissimi Dn. Augusti sanctionem lege expressâ con-  
20 firmaverit, † ne Vidua petens morgengabam vel cibaria do-  
mestica mariti creditoribus ullum jus præcedentiæ objicere  
21 posset, *in Ordin. process. judic. tit. 34. §. und weil wir 2c.* † eam ta-  
men sic temperans, ut non nisi in subsidium de morgengabâ,  
geradâ & cibariis domesticis debita mariti solvantur, ne de-  
22 nimio rigore vel Nobiles ipsi vel eorundem Viduæ conque-  
rendi causam sibi persvadeant, † quam nec reverà habent, si  
probè perpenderit disputata Jctoꝝ in prædicto conven-  
tu Misnico id imprimis urgentium, Uxores sufferre onera ma-  
23 trimonii non spe successione, † sed officio ac jure conjugali,  
interimq; & alimenta percipere, ac maritum nil minùs quàm  
24 uxorem, quin & magis onera conjugii sustinere: † Ex quo vi-  
sum fuit, Viduæ cibaria domestica & id genus alia magis lu-  
crativo, quàm oneroso titulò deferri, unde iniquissimum fo-  
25 ret, † Creditoribus mariti ex causâ onerosa suum exigentibus  
ac de damno vitando certantibus eam præferri, *l. ult. §. sin ve-*  
26 *rò. 5. sub fin. C. de jure delib.* † quam ipsam rationem Serenissi-  
mus Legislator sanctioni suæ verbis expressis inseri fecit,  
*d. tit.*



*d. tit. 34. Ordin. process. judic. Pensold & Schultes dict. loc. † Ad-* 27  
 dimus porrò duo scitu digna, & Viduishòc in passu maximè  
 necessaria, quorum unò favor hujus juris aliquantulum mi-  
 nuitur, alterò verò non parùm augetur. Quod enim favoris  
 modò diximus, ut æs alienum de rebus morgengabicis, gera-  
 dicis & commestibilibus in subsidium duntaxat exsolvatur,  
 † id usui non cedit Viduæ, quando jura hæc sub pacto hypo- 28  
 thecæ ad maritum pervenerint, quorum sanè oppignoratio-  
 nem Vidua, priusquam in iis dominium vel jus aliquod con-  
 sequeretur, impedire haut potuit; † quidni igitur jure pigno- 29  
 ris Venditor contra viduam uteretur? *arg. l. 26. §. ult. ff. de*  
*pignor. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 6. def. 21. n. 3. † At mul-* 30  
 tum favoris accedit Viduæ, si maritus bona sua pro juribus  
 hiscè uxori oppignoraverit, nec enim tùm mariti defuncti  
 Creditores, quibus hypothecâ priori prospectum non est, ex  
 prædictâ sanctione Electorali de ullâ contra Viduam excipe-  
 re possunt prærogativâ, † si non in dogma juris vulgatum im- 31  
 pingere velint, quod qui inter Creditores hypothecarios pri-  
 or est tempore, potior etiã sit jure, *l. qui generaliter 2. l. si pignus.*  
*8. l. 10. 11 & 12. ff. qui potior. in pign. Joh. Köpp. decis. 28. n. 6. Hart-*  
*man. Pistor. obs. 64. Videant ergò † novæ nuptæ sibi benè cu-* 32  
 pientes, ne oppignorationi blanditias & amorem mariti ad-  
 huc delicatum præferant, certò persuasæ, tantò citiùs se asse-  
 curationem impetraturas, † quantò major est amoris fervor 33  
 in limine conjugii; Nec conatus hoscè unquam effectu felici  
 frustratum iri existiment, † adjunctæ pronunciatò Facultatis ju- 34  
 ridicæ Lipsiensis *in causa M. contra T. mens. Aprili anno 1647. &*  
*Scabinorum Lipsiensium in eadem causâ, mense Jun. Anno 1646.*

### POSITIO X.

*Nullò jure singulari prospectum est Viduis nobili-*  
*bus de mercede habitationis, Haus-geld, quam nec à Feudi*  
*successoribus petere valent.*

**U**Bertim hætenus jura vidimus singularia fœminarū, qui-  
 bus circa bona & facultates provisum iis est, dotem scil.

D 3

don a-



AK TH 2750  
COROLLARIA.

I.

**N**on modò dominium rei feudalis, sed etiam possessio ejusdem, civilis pariter & naturalis competit Vasallo: quam tamen ipso jure in suos heredes non transfert.

II.

Thesaurum casu fortuitò in prædio feudali repertum, inter Dominum feudi & Inventorem dividendum arbitramur: quem tamen feudi Dominus, si ipsemet eum repererit, sibi soli meritò vendicat.

III.

Non fallunt, qui Vasallo attribuunt potestatem, rem feudalem locandi absq; temporis determinatione.

IV.

Parùm efficiet Casarea Majestas, insciis ac inconsultis Electoribus adversus Status Imperii decernens Bannum.


V.

Malè agunt, Proceribus Imperii contra Reos fractæ pacis exercitium Banni adimentes.

SOLI DEO GLORIA.

1077





**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

©The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

I R O  
 mo ac Consultissimo  
 O BRAUNEN/  
 berg/JCto, Potentis. Saxo-  
 liario dignissimo, nec non Ra-  
 tarum per Electoratum Sa-  
 o-Superiori, longè  
 terrimo,

o ac Mecenati suo sum-  
 enerando,

tium hoc legale pro deri-  
 do in se & studia sua affe-  
 perennante,

Devotâ Manu menteqve  
 summissâ

*dicat ac offert*

**David Müller,**

